

aliis solis et pro solatura puerorum cum solis domini quatuor par. ¶ Item aptare pelles et ipsas ungere et suire calciamenta cum trada lini bene cerata et bene spissa. ¶ Item dare stivalos de ariete bene unctos et solatos pro duodecim sold. par.; pro solatura et scapinatura quatuor frx., pro solatura tres sold. 5
 ¶ Item pro sutellaribus de corda cum fibeta aut cum corea de medio pede (pro) quinque sold. par. ¶ Item stivales de capreto bene solatos pro duodecim sold. par. ¶ Item sutellares cum bocha et corrigiis de mançino ad corinum laboratos pro duodecim sold. par. ¶ Item sutellares de ariolla de maçino 10
 pro septem sold. ¶ Item non recipere plus quam ut supra dictum est, etiam pena decem sold. par., si fuerit a viginti sold. superius, si vero a viginti sold. inferius, pena quinque sold. par. et restituendi emptori superfluum. ¶ Et si aliquis cerdo noluerit exercere artem predictam per modum supra- 15
 dictum, quod quatuor mensibus subsequentibus ipsam artem abinde in antea exercere non audeat per se vel per alium, etiam pena vigintiquinque libr. par. ¶ Item si aliqua questio esset de aliquo supradictorum laborerierum coram dominio Tergesti, quod sit in libertate domini, sive iudicis Tergesti 20
 coram quo fuerit talis questio, de fatiando satisfieri dictis cerdonibus // pro dicto laborerio, non obstante presente statuto et contentis in eo, secundum quod videbitur congruum et rationabile secundum meritum dicti laborerii quod factum fuerit.

86 B

Cap. LVI. De forma sacramenti muratorum. 25
 R. c. a.

Iurabunt muratores eorum artem legaliter exercere bona fide et sine fraude, et consulere cuilibet civi de laborerio suo, et venire ad suum laborerium quam citius poterit tempore quo laborabunt, et fideliter laborare per totam diem usque ad 30
 horam competentem et occasum solis, etiam pena decem libr. par. pro quolibet. ¶ Et si laborabunt in comuni, venire ad laborerium comunis cum tintanabulum audierint pulsari ad palacium comunis, et intrare in dicto laborerio et non recedere tota die preter quam in ora prandii usque in sero, etiam pena 35